

fuisset pro peccato. qui cum decore & congregatione sanctorum. Ut si uerbi  
causa dicimus peccauit aliquis fidelium iste cum non secundum abiectus per  
episcopi sententiam. Iam tamen per ipsum peccatum quoddammodo electus est  
& quamuis intro ecclesiam tamen electus est & foris est segregatus a consor-  
tio & unanimitate fidelium. Exiit ergo filius patris egypti & matris israeli-  
tici qui penitus sacra fides est totus egyptus est. Qui autem inter nos est  
& peccat quia quidem parte quado credit israeliticam uidetur originis. ex  
eius parte qui peccat de egypti genere ducit. duos ergo scriptura propo-  
nit litigantes unum sancto israelitico qui litigauit quidem sed non pecca-  
uit. Idem uero cuius peccatum designat maxima & parte mixtum esse egyptio  
generi indecat aduersum quem litigat. Israelita & forte & compescit &  
rationabiliter litigat. nam & in exodo ista egyptus litigant. ubi israeli-  
ta superat egyptus cadit. Igitur & ego hodie si ueritatem defendam si pug-  
nem pro ecclesiastica fide aduersum eum qui ex parte quidem credit christo &  
recipit scripturas sed non integre sensum eorum. nec fideliter recipit litigo  
aduersum eum. qui ex parte quidem israelita est & ex parte uero egyptus.  
Si quis ergo & fidei credulitate israelita est. Qui uero professione quidem christi-  
anus est. intellectu autem fidei hereticus & perversus est iste matrem quidem  
israelitem patrem uero egyptium habet. quomodo ergo hoc accedit cum scriptu-  
ras qui legit & litteram quidem sequitur intellectum autem repudiat spiritalem.  
hic matrem quidem israelitam habet id est litteram. sensum uero qui spiritalis  
non sequitur sed carnalem iste egyptus pater & id est aduersum ecclesiasticum  
aduersum catholicum. litigat eum qui ex utraque parte israelita est. Quia secun-  
dum litteram israelita est & secundum spiritum israelita est quia ipse secundum  
litteram quidem israelita est secundum spiritum uero egyptus. Quis ergo est utriusque  
litigantibus necessario ille qui carnalem sequitur sensum tamquam de egypto  
genus ducens nomen nominat & maledicit. Nominat enim nomen dei & cum male-  
dicto nominat. negat enim eum creatorem esse mundi. negat esse patrem christi.  
Nos uero qui ex utroque genere israelite sumus & litteram & spiritum in scripturis  
suis defendimus & litigamus aduersum eos. qui ex media parte israelite uident.

Et dicitur  
intellege  
mum apo  
apostolus  
collatum e  
Uide uice  
ueros qui  
litigant  
ne hoc ut  
hoc esse pecc  
dicunt apog  
unde & eg  
scriptura  
ritum. se  
uel de hom  
pronunti  
de homine  
proposui  
sermo sola  
male dice  
neglegunt  
ut docuit  
esse regnu  
terre heret  
regna dedit  
ta omnia be  
regna conu  
emendatus  
moms. he  
non tamen